



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

Ad publica officia non admitti debere nisi Catholicos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

in hoc, ut per omnia ipsa valentior reddatur,  
& omnes habitati orbis religiosissimi sacer-  
dotes ad concordiam copulentur, & vno ore  
rectam Christianorum profiteantur ac prædi-  
cent fidem, & omnis ab hæreticis excogitata  
adimatur occasio.

**A**RCADIVS ET HONORIVS IMP. IN  
l. 1. Codicis Theodosiani. tit. De religione lib. 16.

**I**udicium re-  
ligionis spe-  
ctare ad Epi-  
scopos.

**T**raditionem  
patrū e se ob-  
teruandam.

**Q**Voties de religione agitur, Episcopos cō-  
uenit iudicare: cæteras verò causas,  
quæ ad ordinarios cognitores, vel ad usum  
publici iuris pertinent, legibus oportet audiri,

**H**ONORIVS ET THEODOSIVS IMP.  
in l. 2. Cod. Theodos. cod. tit.

**E**A, quæ circa Catholicam fidem, vel ordina-  
uit antiquitas, vel parentum nostrorum au-  
thoritas religiosa constituit, nouella supersti-  
tione remota, integra & inuiolata custodire  
præcipimus.

**I**USTINIAN. IMP. IN AVTHENTICO  
de Monach. §. hinc autem &c.

**C**atholicos o-  
mnes in Chri-  
sto vnum esse.

**Q**Uantum ad Dei cultum non est masculus  
neq; fœmina, neq; liber, neque seruus,  
omnes enim in Christo vnam mercedem per-  
cipimus.

**A**D PVBLICA OF-  
FICIA NON ADMITTI DEBE-  
RE NISI CATHOLICOS.

**I**udices, Catholicæ religionis esse debere, stricisci-  
um iuramentum, quod antiquitus apud Chri-  
stianos

flanos, ante suscep tam administrationem Iudices cæ teriq; officiales præstare fuerunt soliti, liquidò testatur, id de verbo ad verbum, ita ut sequitur, se habet.

FORMA IVRAMENTI CATHOLICO-  
rum iudicium vel aliorum officialium, quod extat in Au-  
thentico Iustiniani Imp. Tit. Iusurandum quod præ-  
statur ab his, qui administrationem  
accipiunt. collat. 2.

Ivro ego per Deum omnipotentem, & filiu  
eius vnigenitum, Dominum nostrum Ie-  
sum Christum, & Spiritum sanctū, ET PER  
SANCTAM GLORIOSAM DEI GENI-  
TRICEM ET SEMPER VIRGINEM  
MARIA M, & per quatuor Euāngelia, quæ in  
manibus meis teneo, ET PER SANCTOS  
ARCHANGELOS MICHAELEM ET  
GABRIELEM, puram cōscientiam, germa-  
numq; seruitum me seruaturū sacratissimis  
nostris Dominis Iustiniano & Theodoræ con-  
iugi eius, occasione traditæ mihi ab eorū pie-  
tate administrationis, & omnem laborem ac  
sudore cum fauore, sine dolo & sine arte qua-  
cunq; suscipio in commissa mihi ab eis admi-  
nistratione, de eorum imperio atq; republica:  
Et cōmunicator sum sanctissima Dei Catho-  
licæ & Apostolica Ecclesiæ: & nullo modo, vel  
tempore aduersabor ei, nec alium quemcunq;  
permitto, quantum possibilitatem habeo. Iu-  
ro quoque idem iusurandum, quia nulli peni-  
tus neque dedi neq; dabo occasione dati mihi  
cinguli, neque occasione patrocinij, neq; pro-  
misi,

Iuramenti ve-  
teris forma  
Catholicorū  
iudicium &c.  
Notandum,  
quid etiā per  
Sāctos & An-  
gelos tūm iu-  
ratū est, quod  
nasuti quidā  
nostro tempore  
facere dedi-  
gnantur.

Administra-  
tores officiū  
esse debere  
Catholicos.

Ad officia iu-  
stis modis a-  
spirandum.



misi, neque professus sum de prouincia mitte-  
re neque mittam, neque occasione dominici  
suffragij, neque famosissimis præfectis admi-  
nistrationem habentibus, neque ijs qui circa  
eos sunt, neq; alij hominum vlli. Sed sicut sine  
suffragio percepi cingulum, sic etiam purè me  
exhibebo circa subiectos pijssimorum nostrorum

Officarij de-  
bent esse con-  
tentii suis sa-  
larijs.

De modo exi-  
gendi.

Vt equitatem  
solant.

Dominorum, contentus ijs, quæ statutæ  
sunt mihi de fisco, annonis. Et primùm omne  
habebo studium ut fiscalia vigilanter inspi-  
ciam, & indeuotos quidem, & indigentes ne-  
cessitate, cum omni exigam vehementia: ne-  
quaquam subinclinatus, neq; ob hoc lucrum  
ipsum considerans, aut per gratiam vel odiū  
exigens aliquem citra quam competit, aut  
concedam alicui. Deuotos autem paternè tra-  
stabo, & subiectos pijssimorum nostrorum  
Dominorum illæfos vndique, quantum possi-  
bilitatem habuero, custodiā. Et æquus in cau-  
sis vtrique parti, & in publicis disciplinis ero:  
nulliq; parti citra quam iustum est, præstabo;  
sed exequar vniuersa delicta, & omnem æqui-  
tatem seruabo secundum quod mihi visum  
fuerit iustum: & eos quidem qui innoxij sunt,  
vndiq; innoxios illæsque conseruabo, no-  
xijs autem imponam supplicium secundum  
legem, & omnem iustitiam (sicut nunc dicum  
est) in publicis & priuatis contradicibus eis ser-  
uabo. Et si comperero fiscum iniustitiam pati,  
non ego solum hoc ago: sed etiam mihi sem-  
per assidentem tales studebo assumere, & cir-



ca me omnes, vt non ego purus quidem sim: A iudicib. eo-  
 qui verò circa me sunt furetur & delinquent. rumq; mini-  
 Si quis autem inueniatur circa me talis: quod stris pcul ab-  
 sit a me sanare, & eum expellere. Si verò esse debere 14.  
 non hac omnia ita seruauero, recipiam hic & Votū, seu im-  
 in futuro seculo in terribili iudicio magni precatio in  
 Dei, Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi: malum iudi-  
 & habeam partem cum Iuda, & lepra Giezi, cern. 4. Reg. 5.  
 Et tremore Cain, insuper & pœnis qua lege Genet. 4.  
 eorum pietatis continentur, ero subiectus.

## LEO ET ANTHEMIUS IMPP. IN L.

nemo vel in foro. C. de episcopali  
 audient. &c.

Hæreticus ne  
 sit aduoca-  
 tus.

**N**eminem in foro, vel iudicio admitti de-  
 bere aduocatum, nisi sacrosanctis Catho-  
 licæ religionis fuerit imbutus mysterijs, sub  
 pœna proscriptionis ac perpetui exilij, consti-  
 tuerunt.

LEO ET ZENO IMPP. IN L. PRO-  
 batorias. C. de diuers. offic. lib. 12.

**D**E his qui sunt veræ & Catholicæ fidei iti-  
 bemus ad officiorū militiam admitti. Ali-  
 ter verò militantes, nisi ex his sint, quos solis  
 auctoribus apparitioni aggregari vetusta cō-  
 stitudo perdocuit, detecta fraude cuiuscunq;  
 accusandi studio, non solùm mendaci carere  
 militia, sed & proscriptionis stylum subire de-  
 cernimus, & bonorum omnium amissione  
 multamus.

CATHO-

